Reuchlin, Johannes ; Guarinus <Veronensis>: Vocabularius breviloquus / Joh. Reuchlin. [Enth.:] Ars diphthongandi / Guarinus Veronensis [u.a.]

[Straßburg: Georg <Husner>], 30. Sept. 1496 Seite 726



postq̄ dicas. vt q̄quis. vt q̄ʒ simul.
Uti aduerbiū silitudinis. i. sicut. Et in-
de cōponit̄ Sicuti. veluti. Et cor. u. Sʒ
vti v̄bū pdu. p̄mam. Uñ. Quisq̄ docet
vti: debet v̄tutib⁹ vti.
Utinā aduer. optandi. i. vt fiat opto. Et
cōponitur ab vt vl' vti. ꝛ nā. ꝛ cor. ti.
Utiq̄ qñ est dictio cōposita tūc acuit an-
penul'. sed qñ sine cōpositōe accipit̄ vtiq̄
tūc accentū habʒ sup penl'. seruata natu
ra ipi⁹ enclesis. ꝛ sic causa differētie amit
tit vim suā cōiunctio encletica in vtiq̄ di
ctiōe cōposita. ꝛ similit̄ intelligenduʒ est
de itaq̄.
Utpote. i. tanq̄. pe. cor. Et ꝯponitur ab
vt. ꝛ pote. ablatiuo de potis. vl' pos potʒ
Utputa. i. v̄bigratia. sicut aduer. Et vi-
detur ibi esse syllabica adiectio. ꝛ sic erit
simplicʒ figure. ꝛ deriuabit̄ ab vt. ꝛ acue
tur p̄ma. q: accēt⁹ p̄ncipalis nō debʒ po-
ni sup syllabica adiectiōe. Und. j. Cor.
xv. Nō corpus qd̄ futurū est seminas. sed
nudū granū vtputa tritici.
Utrinq̄ aduer. i. ex vtraq̄ p̄te. Uñ Eze
chiel. iiij. Finis vtrinq̄ s̄m vnā lr̄am.
Utrobiq̄ aduerbiū. i. in vtraq̄ parte. et
acuitur penul'.
Utrum. dialetica interrogatio habēs se
ad vtrūq̄. i. ad affirmationē ꝛ negatio-
nem. vt cum dico vtrū celū sit rotunduʒ.
potest respōderi. celū est rotundū. celū nō
est rotundū. Item vtrū aliqñ est nomen
ꝛ ponit̄ p q̄s. Uñ quidā. Nomē dic vtrū
cōiunctio dicitur vtrum.
Utrūlibet. i. q̄le ex his placet. Et cor. li. ꝛ
est libet syllabica adiectio.
Utrūnam interrogatiuū est. ꝛ habet nā
syllabice. ꝛ acuit penul'.

Finit vocabularius Breuiloquus. tri
plici alphabeto diuersis ex autorib⁹: nec-
non corpore vtriusq̄ iuris collect⁹ ad la
tinū sermonē capessendū vtilissim⁹. Im
pressus Argentine Anno dñi. M. cccc.
xcvj. Finit⁹ altera die post festū Micha
elis archangeli.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0726
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG